Utrecht University Library
Partner in Science
Universiteit Utrecht

# Bibliothecae Rheno-Trajectinae catalogus.

https://hdl.handle.net/1874/394500



281
A27

Echoed by 5 October 1835 N 26

RIJKSUNIVERSITEIT UTRECHT
0766 0461

Knuyd
473292.

# BIBLIOTHECAE
# RHENO-TRAJECTINAE
# CATALOGUS.

---

*PARS PRIOR.*

**(A.—K.)**

---

*TRAJECTI AD RHENUM,*
APUD JOANNEM ALTHEER,
ACADEMIAE TYPOGRAPHUM.
MDCCCXXXV.

BIBLIOTHEEK DER
RIJKSUNIVERSITEIT
UTRECHT.

KONINKLIJKE BIBLIOTHEEK

# PH. GUIL. VAN HEUSDE,

## BIBLIOTHECAE PRAEFECTUS,

# L. S.

Quindecim fere anni sunt, quum Academiae nostrae Bibliotheca ex aede S. Joannis in locum, quem nunc obtinet, translata est. Ab hoc inde tempore cum Regis munificentiâ, tum Curatorum Professorumque curis sic locupletata atque disposita est, ut vere prodesse optimarum artium literarumque studiis coeperit. Et quandoquidem nunc eo perventum est, ut confectus librorum catalogus sit et jam jam in lucem proditurus, operae pretium me facturum censui, si de Bibliothecae initiis ac fatis, tum de ipso hoc catalogo, quantum satis videretur, in hac praefatione monerem.

Repetenda magnam partem Bibliothecae initia sunt a monasteriis, quae in hac urbe ejusque agro fuerunt: quod e librorum quorundam inscriptionibus efficitur: v. c. *e domo S. Hieronymi in Trajecto inferiore: e domo Carthusiensium prope Trajectum inferius: e domo Canonicorum regularium ordinis S. Augustini in Trajecto*, similibus. Quodsi quaerimus, quo tempore condi ipsa Bibliotheca coeperit, constat, exstitisse eam ante conditam Academiam. Anno 1581 decrevit Senatus urbanus, ut e variis monasteriis collegiisque libri congererentur hoc consilio, ut inde Bibliotheca informaretur. Locum autem huic rei primum destinavit aedem S. Catharinae sive templum Joannitarum: quod, cum, tergiversante aedis praefecto, fieri vix posse videretur, libros recepit tandem aedes S. Joannis. Qua autem hi id temporis fuerint conditione, Arnoldus Buchelius testatur, *Descript. urbis Trajectinae*, p. 81.: « *A. 1582 mense Maji, Jac. Potterus et Florentius Vedius Bibliothecam publicam a Carthusianis et aliis e locis collegerunt, ut in templo Joannitarum bibliothecam publicam erigerent, verum ea, mutatâ sententiâ, in templo*

*D. Joannis constituta, et, nemine ejus curam suscipiente, a multis distracta, frustra eam reducere conante Hugone Ruischio, pene concidit.*" Caeterum instaurata deinceps est et increvit Bibliotheca cum Senatus muneribus, tum legatis. Primum libros ei suos legavit Hubertus Edmont Buchelius, Canonicus et Legum doctor, cujus testamentum, a. 1579 factum, a. 1795 editum est Trajecti ad Rh. apud Mulderum. V. Casp. Burman. *Traj. erud.* p. 38. Hujus deinceps exemplum alii secuti sunt, ut Everardus Pollio (Van de Poll) JCtus, cui plurimas debemus librorum editiones saeculi XV: V. Epist. Lipsii ad eum in P. Burm. *Sylloge epistolarum*, T. I. p. 115: Theod. Janson. Almeloveenius, Medicus idem et Litt. in Acad. Harderov. Prof., qui varias illas Quinctiliani editiones legavit. V. in Catalogo superiore *legatum Almelovenianum* p. 461. voce *Quintil.* et cf. Casp. Burman. l. c. p. 8: Jo. Corn. Barchusenus, Chemiae Prof. in Acad. Traj., *qui in expeditione celebri in Moream summo Venetorum rei bellicae praefecto a medicina fuit:* ut Casp. Burm. memorat L. cit. p. 14. V. in sup. Cat. *legatum Berkhusianum* p. 39. Quorum libri deinceps annis 1603, 1643, 1712 et 1723 in Bibliothecam illati sunt. Accesserunt Cdd. MSS.; de his autem singulatim erit agendum, ubi horum catalogum edituri sumus. Buchelii et Barchuseni effigies ornant etiamnunc Bibliothecae nostrae vestibulum.

Condito Athenaeo a. 1634, eoque biennio post ad Academiae dignitatem evecto, in Professorum ac Studiosorum usum adhibita Bibliotheca est. Non defuerant autem antea, qui ad persequenda studia e libris proficerent. In quibus censendi in primis viri docti sunt, qui jus civile atque historiam Romanam docebant. Quamobrem de instituendo sive Gymnasio sive Athenaeo jam dudum consilia agitata fuerant. Intelligimus hoc e Jo. Niportii oratione, qui, cum Senatui urbano ab actis esset, publice Athenaeum inauguravit. Locum ex illa hîc juvat adscribere, quem legent lubenter quotquot et civitatis hujus nostrae et Academiae et vero bonarum literarum amantes sunt. « *Saepe ego mirari soleo, quod, cum omnia alia abunde hic essent, et cum majores nostri in urbe principe, aliarumque non modo urbium sed et Provinciarum capite ac dominâ, quidlibet potuissent adipisci simul ut velle coepissent, hactenus tamen nulla hic instituta fuerit Academia, aut similis aliqua Illustris Schola. Idque eo magis, quod civitas nostra nunquam abhorruit a literis et literatis; quinimo a multis seculis literarum gloriâ celebris fuit, fueruntque hic semper in honore studia: nusquam in hisce regionibus (absit invidia verbo) ingeniorum felicior proventus, nusquam doctrinae uberior seges. Audio extitisse aliquando magno et excellenti ingenio viros, qui liberaliter eruditi, exercitii atque animi gratiâ, Ius Civile et Historiam Romanam publice hic explicárunt. Sicuti hoc idem etiam in maximis aliarum regionum urbibus fieri videre est. Sed quum optandum fuisset, alios quoque studiorum suorum fiduciam habentes laudabile hoc exemplum secutos fuisse, nemo tamen repertus est, qui eorum vestigiis insistere conatus fuerit. Tum et de Papâ Hadriano VI, qui in hac urbe in lucem editus est, nar-*

*narratur, verene an falso nescio, ipsi, quâ erat eruditione et in urbem patriam ac doctrinae studia propensione, id animi fuisse, aliquam literarii Collegii aut Illustris Gymnasii formam hic constituere; in eamque rem curasse exstrui splendidas illas aedes, quae ab ipso nomen habent et adhuc hodie conspiciuntur: sed repentinâ morte opus animo conceptum et jam inchoatum abruptum fuisse. Verum haec vulgo jactata, quia nullo autore certo firmantur, missa facio. Id compertum ego habeo, serio hac de re cogitatum fuisse ante quinquaginta annos aut amplius, Republicâ jam vix Hispanicâ dominatione liberatâ. Reperio in Regestis nostris, tribus ex Senatu hujus urbis id negotii datum fuisse, uti cum Clero et Nobilitate hujus Provinciae super hac re deliberarent. Atque utinam tum temporis effectum fuisset quod tam laudabiliter propositum erat. Haberemus, Aud. Scholam adultam, cujus nunc incunabula videmus. Sed credibile est, difficultate temporum, quippe fluctuante adhuc patriae nostrae statu, dein per turbas et seditiones intestinas, crebrasque magistratuum mutationes, et consuetudine eâ, qua tum res gerebantur, nobile hoc institutum deinceps neglectum fuisse. Nunc vero, quandoquidem perpetuum magistratum habemus, qui liberius et constantius ea curare potest, quae ad splendorem et utilitatem civitatis spectare videntur, ut multa alia praeclara in hanc urbem sunt allata, sic etiam literae disciplinaeque, quae hic nunquam exulârunt, liberalius exceptae, earumque publica exercitia instituta sunt.*" — « *Taceo de publicis bibliothecis, quas habemus hîc varias optimorum librorum copiâ instructissimas: inter quas insignior illa, quae a viris amplissimis Buchelio et Pollione reipublicae nostrae legata est: quam multorum insuper librorum accessione auctam, magis ac magis instruere ac locupletare Senatui nostro animus est.*" Haec Niportius. Senatus autem urbanus, id, quod receperat, fecit. Ne alia commemorem, Bibliothecae dono dedit a. 1606 *Eusebii Chronicon;* a. 1688 Etymologicum magnum M. S.; a. 1707 *Bibliothecam maximam Patrum:* decrevit etiam a. 1686, ut quotannis ducenti floreni ad libros emendos expenderentur: quam summam postea, a. 1728, trecentorum florenorum accessione auxit, ut quingentos largiretur. Interea a. 1688 praecepit librariis Trajectinis, ut librorum, quos typis exprimerent, exemplum Bibliothecae traderent. Duxi haec, operâ et diligentiâ usus cultissimi Aderi, Bibl. graph., e Senatus urbani decretis Bibliothecam spectantibus. V. *Matthaeus Fund. et fata Eccles.* p. 123. *Historia Episcopatuum Foed. Belg.* Tom I. p. 85. *Levensbeschr. van beroemde mannen,* Vol. II. p. 370. *J. van de Water,* Utr. gr. Plac. boek, Vol. III. p. 469.

Haec fuerunt maxime, quae de pristinâ Bibliothecae conditione memorarem. Insignis autem ut nunc est, ita jam tum erat cum librorum libellorumque copiâ, qui ad historiam reformationis referrentur, tum artis typographicae, ut vocantur, *incunabulis.* Cujus rei ut documenta tradam, opportunus hic esse locus videtur. Grata haec autem refero Dodtii, viri doctissimi, qui hujus est catalogi auctor, curis et pervestigationibus.

Li-

Librorum, qui saec. XV. typis expressi sunt, magna hîc adest copia: 1469.: Caesar (Caj. Jul.), Opera. Romae, in domo P. de Maximis, 1469. Fol. — Plinius (Cajus) Secundus, Hist. nat. libr. XXXVII. Venet., Jo. de Spira, 1469. Fol. = 1470.: Guido de Monte Rotherio, Manipulus curatorum. Colon., Barth. de Unckel, 1470. Fol. = 1471.: Aquino (Thm. ab), Quodlibeta XII. Colon., Arn. ther Hoernen, 1471. Fol. — Lyra (Nic. de), Postilla in V. et N. T. Romae, Sweynheym et Pannartz, 1471 et 1472. Fol. = 1473.: Augustinus (Aur.), Soliloquium de arrha animae. *Sine loco et typogr.*, 1473. Fol. — Bergomensis (Petr.), Tabula super libros Thom. ab Aquino. Colon. (?), Arn. ter Hoernen, 1473. Fol. — Petrarcha (Fra.), Carmen bucolicum. Colon., A. ter Hornen, 1473. Fol. = 1474.: Albertus Magnus, Sermones. Colon., Arn. ther Hurnen, 1474. Fol. — Calderinus, Comm. in Martialem. Venet., Jo. de Colonia et Jo. Manthen de Gerretzen, 1474. Fol.; Comm. in Martialem. Romae, Jo. Genszberg, 1474. Fol. — Ovidius Naso (P.), Opera. Venet., Jac. Rubeus, 1474. Fol. = 1475.: Augustinus (S.), De civitate Dei. Venet., G. P. de Tarvisio, 1475. Fol. — Gregorius (S.) Magnus, Homiliae. — Origenes, Homiliae. 1475. *Sine loco et typogr.* Fol. — Miles de Verona, Repertorium. 1475. Nic. Gotz..., *sine loco.* Fol. = 1476.: Arnoldus Geilhoven, Gnotosolitus. Brux., *sine typogr.*, 1476. Fol. — Boethius, (A. M. T. S.,) De consolatione philosophiae. Nurnb., A. Coburgers, 1476. Fol. — Bonifacius Octavus, Liber sextus decrett. Mogunt., P. Schoyffer, 1476. Fol. — Clemens Quintus, Constitutiones c. opp. Mogunt., P. Schoyffer, 1476. Fol. — Gratianus, Decretum. Basil., B. Richel, 1476. Fol. — Hieronymus (S.) Stridonensis, Epistolae. Venet., A. Bartolomei, 1476. Fol.; Epistolae. Romae, Sweynheym et Pannartz, 1476. Fol. — Justinianus, Institutiones. Basileae, Wenszler, 1476. Fol. — Petrus Brixiensis, Repertorium utriusque juris. Nuremberg, Frisner, 1476. Fol. — Turrecremata (Jo. de), Super psalterio. Mogunt., Pt. Schoyffer, 1476. Fol. = 1477.: Berthorius (Ptr.), Reductorium morale. Daventr., Rich. Paffroet, 1477. Fol. — Biblia latina. Nuremb., A. Coburger, 1477. Fol. — Liber de gestis trium regum. Mogunt., Jo. Guldenschaff, 1477. Fol. — Raynerius de Pisis, Pantheologia. Nuremb., Coburger, 1477. Fol. — Schueren (Ger. v. d.), Teuthonista. Colon., Arn. ter Hornen, 1477. Fol. — Sylvius (Aen.), Epistolae. *Sine loco et typ.*, 1477. Fol. = 1478.: Astexanus de Ast, Summa de casibus. Venet., Jo. de Colonia..., 1478. Fol. — Biblia latina. Nurenb., Ant. Coburger, 1478. Fol. — Gregorius Nonus, Nova collectio secrett. c. glossa. Bas., M. Wenszler, 1478. Fol. — Liber de gestis trium regum. Mogunt., Jo. Guldenschaff, 1478. Fol. — Lyra (Nic. de), Postilla. Colon., Jo. Koelhoff, 1478. Fol. — Valerius Maximus, Facta et dicta. Venet., *sine typogr.*, 1478. Fol. = 1479.: Biblia latina. Colon., F. de Homborgch, 1479. Fol. — Bonaventura, Sermones. Zwoll, *sine typogr.*, 1479. Fol. — Carlerius (Aeg.), Sporta fragmentorum. *Sine loco et typogr.*, 1479. Fol. — Eusebius, Hist. eccl. per Rufinum. Mantuae, S. Schallus, 1479. (*bis.*) Fol. — Gregorius Nonus, Collectio nova decrett. c. glossa. Magunt., P. Schoiffer, 1479. Fol. —

Ja-

Jacobus de Voragine, Aurea legenda. Daventr., Rich. Paffroed, 1479. Fol. = 1480.: Aquino (Thm. ab), Contra errores gentilium. Venet., Nic. Jenson, 1480. Fol. — Guilielmus Parisiensis, Sermones de tempore et de sanctis. Delf(!), *sine typogr.*, 1480. Fol. — Harentals (Petr. de), Super psalmos. Colon., Conr. de Homborch, 1480. Fol. — Jacobus de Voragine, dat Passionael. Utr., Jo. Veldedener, 1480. Quart. — Joannes de Scto Laurentio, Postillae totius anni. Brux., *sine typogr.*, 1480. Fol. — Soccii sermones hiemales et aestivales. Davent., R. Paffroed, 1480. Fol. — Wech der syelen zalicheyt. Utreycht, *sine typogr.*, 1480. Fol. = 1481.: Aquino (Thm. ab), Super IV. sententiarum. Venet., Nic. Jenson..., 1481. Fol. — Bernardus Claraev., Epistolae. Brux., *sine typogr.*, 1481. Fol. — Gerson (Jo.), de vita, aegritudine et morte animae. Goudae, Leeuw, 1481. Quart. — Hollem (Gotschalc.), Praeceptorium legis divinae. Col., Jo. Guldenschaeff, 1481. Fol. — Jacobus de Voragine, Aurea legenda. *Sine loco et typogr.*, 1481. Fol. — Martinus Polonus, Margarita. *Sine loco et typogr.*, 1481. Fol. — Platina (B.), De vita Christi. Nurenb., Ant. Koburger, 1481. Fol. = 1482.: Gerson (Jo.), Opus tripartitum. (*belg.*) Delf, *sine typogr.*, (G. Voss?) 1482. Quart. — Gratianus, Decretum c. apparatu. Basil., M. Wenszler, 1482. Fol.; Decretum c. apparatu. Argent., Grüninger, 1482. Fol. — Josephus (Flav.), Van de destructien v. Jerusalem. Goudae, G. Leeuw, 1482. Fol. — Pisanella (summa). Rutlingen, *sine typogr.*, 1482. Fol. — Sachsenspiegel (*belg.*) Goudae, G. Leeu, 1482. Quart. = 1483.: Bartholomaeus de Glanvilla, De proprietatibus rerum. Colon., J. Koelhoff..., 1483. Fol. — Biblia latina c. apparatu. Venet., Fr. Renner de Hailbrun, 1483. Quart. — Biblia c. glossa ord. et exposs. Nic. de Lyra. Bas., Langendorff et Froben, 1483. Fol. — Mamotrectus, In bibliam. Venet., F. de Hailbrun, 1483. Octav. — Sylvius (Aen.), Epistolae. Lovan., Jo. de Westfalia, 1483. Fol. = 1484.: Gregorius Nonus, Collectio nova decrett. c. glossa Jo. de Colonia..., 1484. Fol. — Turrecremata (Jo. de), Flos theologiae. Quaestt. Daventriae, (R. Paffroed,) 1484. Fol. = 1485.: Boethius, De consolat. philos. (*lat.-neerl.*), c. com. Ghend, Ar. de Keyzere, 1485. Fol. — Calliac (Guid. de), La pratique en chirurgie. Lyon, Jo. Fabri, 1485. Quart. — Hugo a Prato Florido, Sermones de Sanctis. Heydelb., *sine typogr.*, 1485. Fol. — Nicolaus de Tudeschis, Super I. et II. decrett. Nuremb., A. Koberger, 1485. Fol. = 1486.: Beets (Jo.), Expos. decalogi. Lov., Aeg. v. d. Heerstraten, 1486. Fol. — Bernardus Claraev., De consideratione. Zwollae, P. v. Os, 1486. Quart. — Biblia latina. *Sine loco et typogr.*, 1486. Fol. — Gratianus, Decretum c. apparatu. Bas., M. Wenszler, 1486. Fol. — Justinianus, Institutiones. Bas., Wenzsler, 1486. Fol.; Institt. Nurnb., A. Koberger, 1486. Fol. — Lucretius, De rerum natura. Veronae, P. Fridensperger, 1486. Fol. — Petrus Hispanus, Logicalia (Joan. XXI.) Antv., G. Leeu, 1486. Quart. = 1487.: Dionysius a Leeuwis, Quatuor novissima. Delff, *sine typogr.*, 1487. Quart. — Gerson (Jo.), Sermones IV. novissimorum. Antv., M. Goes, 1487. Quart. — Innocentius Tertius, Liber miseriae conditionis humanae. *Sine anno, loco et typogr.* (1487., Antv., M. Goes.) Quart. — Malogranatum

tum (Dialogus). *Sine loco et typogr.* 1487. Fol. — Sermones super antiphonam: *Salve regina.* Alost., Theodor. Martini, 1487. Quart. — Speculum sermonum beatae Mariae. Antv., G. Leeu, 1487. Quart. — Summa rudium. Reutlingae, Jo. Otmar, 1487. Fol. = 1488.: Dialogus der creaturen. Delf(!), *sine typogr.*, 1488. Fol. — Guilelmus a Gouda, Officium missae. Davent., *sine typogr.*, 1488. Quart. — Isidorus Hisp., Colloquium peccatoris et crucifixi Jhesu... Antv., N. Leeuw, 1488. Quart. — Ludolphus (Saxo), Het leven van Jesus. Delf(!), *sine typogr.*, 1488. Fol. — Martinus Polonus, Sermones. Argent., *sine typogr.*, 1488. Quart. — Morticellarium. Antv., G. Leeu, 1488. (*bis.*) Quart. — Salis (Bapt. de), Summa casuum. Nurenb., Koberger, 1488. Fol. — Spina (Alph. de), Fortalitium fidei. Nurenb., A. Koberger, 1488. Fol. = 1489.: Gerson (Jo.), Opera. *Sine loco et typ.*, 1489. Quart. — Martinus Magister, Quaestt. de fortitudine. Par., W. Hopyl, 1489. Fol. — Moysis (Rabbi)... Bon., P. Benedictis, 1489. Quart. — Vliederhoven (Ger. a.), Quatuor novissima. Davent., *sine typogr.*, 1489. Quart. = 1490.: Ailliaco (Petr. de), Tractatus et sermones. Argent., *sine typogr.*, 1490. Fol. — Albertanus Causidicus, De arte loquendi et tacendi. Davent., Jac. de Breda, 1490. Fol. — Aquino (Thm. ab), Opuscula. Venet., Herm. Lichtenstein, 1490. Quart. — Gritsch (Jo.), Sermones de tempore et de sanctis. *Sine loco et typogr.*, 1490. Fol. — Jacobus de Voragine, Dat Passionael... Zwoll, P. v. Os, 1490. Fol. — Robertus de Licio, Sermones de Sanctis. Bas., Kesler, 1490. Fol.; Sermones de Sanctis. Antv., G. Leeu, 1490. Quart. — Speculum exemplorum. Argent., *sine typogr.*, 1490. Fol. = 1491.: Anselmus Cantuariensis, Opera. Nüremb., Hochfeder, 1491. Fol. — Antoninus Florentinus, Liber cronicarum. Nuremb., Ant. Koburger, 1491. Fol. — Augustinus (S.), Opuscula. Argent., Mart. Flach, 1491. Fol. — Baldus de Ubaldis, Consilia. Venet., A. et J. de Britannicis, 1491. Fol. — Bonaventura, In libb. IV. sententiarum. Nurnb., Ant. Koberger, 1491. Fol. — Dionysius a Leeuwis, De particulari judicio. Delf, *sine typogr.*, 1491. Quart. — Gregorius Primus, Homiliae. Par., M. G. Wolff, 1491. Quart. — Ockam (Jac. de), Quodlibeta VII. de sacramento altaris. Argent., (M. Flach,) 1491. Fol. — Valerius Maximus, Facta et dicta. *Sine loco et typogr.*, 1491. Fol. = 1492.: Alanus ab Insulis, Doctrinale altum. Davent., Jac. de Breda, 1492. Fol. — Antoninus Florentinus, Confessionale. Argent., Mart. Flach, 1492. Quart. — Ovidius Naso, Opera. Venet., de Saviliano, 1492. Fol. — Philelphus (Fra.), Oratt. c. aliis opusculis. Venet., Phil. de Pinzis, 1492. Fol. — Virgilius Maro, Opera c. scholiis. Nurnb., Ant. Koberger, 1492. Fol. = 1493.: Apulejus (Luc.), Opera. Venet., Phil. Pinzius, 1493. Fol. — Boethius, De consolatione philosophiae. Colon., H. Quentell, 1493. Quart. — Martinus Polonus, Margarita. Argent., *sine typogr.*, 1493. Fol. — Ovidius Naso, Epistolae heroides. - Sappho. Venet., M. de Rovado, 1493. Fol. — Quintilianus, Instt. Venet., Locatellus, 1493. Fol. — Vocabularius breviloquus. Argent, *sine typogr.*, 1493. Fol. = 1494.: Gregorius Primus, Dialogus Gregorii et diaconi Petri. Par., N. Gering..., 1494. Quart. — Guilielmus Parisiensis, Postilla super epistt. et evangelia de tempore et de sanctis. Colon., H. Quentell, 1494. Quart. — Turre-

cre-

cremata (Jo.), Super regulam Sti. Benedicti. Par., Levet, 1494. Fol. — Vlierderhoven (Ger. a), Quatuor novissima. Davent., R. Paffroed, 1494. Quart. = 1495.: Dionysius a Leeuwis, Specula. Nurenb., P. Wagner, 1495. Quart. — Leonardus de Utino, Sermones. Lugd., Jo. Trechsel, 1495. Quart. = 1496.: Apollonius Rhodius, Argonaut. gr. c. schol. Florent., (L. F. de Alopa,) 1496. Quart. — Caoursin (Guil.), Stabilimenta... Ulmae, Jo. Reger, 1496. Fol. — Destructorium vitiorum. Nuremb., Ant. Koberger, 1496 Fol. — Jacobus de Voragine, Aurea legenda. Argent., *sine typogr.*, 1496. (*bis.*) Fol. — Nider (Jo.), Praeceptorium divinae legis. Nurenb., A. Koburgers (!), 1496. Quart. = 1497.: Aristoteles, Libb. polit. et oecon. c. commento, J. Versoris. Colon., H. Quentell, 1497. Fol. — Bergomensis (J. Ph.), De claris mulieribus. Ferrariae, L. de Rubeis, 1497. Fol. — Hungaria (Mich. de), Sermones de Sanctis, vel, biga salutis. Hagenaw, H Bran, 1497. Quart. — Petrus Bergomensis, Tabula super libros Thm. ab Aquino. Venet., Jo. Rubeus, 1497. Fol. = 1498.: Aristophanes, Comoediae IX., gr., c. schol. Musuri. Venet., Aldus, 1498. Fol. — Gregorius Primus, Liber curae pastoralis. Par., W. Gering..., 1489. Quart. — Hieronymus (S.), Vaderboek. Delft, H. E. v. Homberch, 1498. Quart. — Hungaria (Mich. de), Sermones dominicales. Hagenaw, H. Bran, 1498. Quart. — Manuale Confessorum (*metricum*). Colon., H. Bungart de Ketwich, 1498. Quart. — Niger, Grammatica. Par., Wolff et Kerver, 1498. Quart. — Solinus, De memorabilibus mundi. Venet., *sine typogr.*, 1498. Quart. — Stellarium coronae Mariae. Hagenaw, Henr. Bran, 1498. Fol. — Trilogium animae. Nurnb., Ant. Koberger, 1498. Quart. = 1499.: Albertus Magnus, De muliere forti. Colon., H. Quentell, 1499. Fol. — Andreas (Jo.), Super VI. decrett. Venet., Phil. Pincius, 1499. Fol. — Astronomi veteres. Venet., Aldus, 1499. Fol. — Etymologicum magnum, gr., c. schol. Musuri. Venet., Nic. Blasti..., 1499. Fol. — Guilelmus Parisiensis, Sermones dominicales. Tübing., Otmar..., 1499. Fol. — Juris (Compendium) canonici. *Sine loco et typogr.*, 1499. Fol. — Justinianus, Institt. Par., U. Gering..., 1499. Fol. — Lenda (Jac. de), Sermones. Par., F. Balligault, 1499. Quart. — Martinus Polonus, Margarita. Argent., *sine typogr.*, 1499. Fol. — Petrarcha (Fra.), Bucolica. Davent., *sine typogr.*, 1499. Quart. — Psellus, De ratione victus. Erfurt, Schenck, 1499. Quart. = 1499 et 1500.: Jacobus de Voragine, Dat Passionael. Delft, H. E. v. Hombergh, 1499 et 1500. Fol. = 1500.: Baldus de Ubaldis. Super usibus feudorum. Super pace constantiae. Venet., B. Benalius, 1500. Fol. — Gratianus, Decretum c. apparatu. Venet., B. de Tortis, 1500. Fol.; Gratianus, Decretum c. apparatu. Bas., Froben, 1500. Quart. — Lochmaier (Mich.), Sermones. Hagenaw, Henr. Bran, 1500. Fol. — Niger, Ars epistolandi. Davent., R. Paffroed, 1500. Quart. Adde his opuscula, proxime Reformationem spectantia. V. Catal. voce *Reformatio*. Caeterum adscripsi haec, non quo extollerem scilicet divitias nostras. Pauperes sumus ratione habitâ aliarum Bibliothecarum. Sed ignorare, quid possideamus, quamvis sit exiguum, non decet. *Felices nimium, sua qui bona norunt!*



***

A quo tempore vero Academia, Regis decreto a. 1815, urbana esse desiit ac communibus regni sumtibus sustentari coepta est, tot, primum quidem, milleni, quot antea centeni, expensi in libros floreni sunt, sic autem Bibliothecae prospectum est, ut omnes ejus partes aequabiliter explerentur. Argumenti physici atque historiae naturalis, tum doctrinarum, quae recentiore demum aetate recte excultae sunt, vix ulla exstabant opera: desiderabantur etiam, quae novissimis temporibus in nullo non literarum doctrinarumque genere prodierant. Haec igitur comparari continuo coeperunt. Nam librorum emptio rariorum, maximeque pretiosorum, ad illud dilata tempus est, quo bonorum ac necessariorum satis magna esset copia. Id vero in primis spectavimus, ut Acta eruditorum, Academiarum Societatumque commentarii, Thesauri, Encyclopaediae, opera omnino, quae propter voluminum multitudinem privatis bibliothecis vix continerentur, in hac nostrâ publicâ ne requirerentur. Uti autem regiâ munificentiâ factum est, ut hactenus in amplificandâ Bibliothecâ progressi simus, ita multum eo valuerunt dona, quae a viris literarum amantibus identidem accepimus. Curatoribus, viris amplissimis, eximia debemus opera; Professores ac Lectores scriptorum, quae ediderunt, exempla, tum alios etiam libros, Bibliothecae gratificati sunt. Nuper Schröderus, V.Cl. bibliothecae ipse suae magnam partem nobis cessit, in qua praestantissima sunt opera. Exstiterunt adeo in civibus nostris, qui Bibliothecae praefecto, ad libros emendos, mille florenos largirentur, viri spectatissimi, W. J. Both Hendriksen et St. Jan. Matth. Van Geuns. Quorum exemplum alii utinam bene multi sequantur deinceps, qui hunc in modum, ut possunt, ita velint et Bibliothecae et Academiae et vero Urbis ornamento et emolumento prospicere! Neque ipsi adeo bonarum artium in Academia nostra studiosi defuerunt nobis, qui trecentos superiore anno florenos coëgerunt, quo munere gratum erga almam Matrem animum probarent, idem deinceps, ut spem nobis fecerunt, singulis annis facturi.

Ut vero augeretur non solum recteque instrueretur in hunc modum Bibliotheca, sed reapse Academiae doctrinarumque studiis prodesset, factum in primis a. 1819 Curatorum consiliis est, quum transferendam eam in aedificium, prorsus ei congruum, curarent. Nam quamdiu in aede S. Joannis constituta mansit, cum deerat locus, qui novos libros caperet, tum opportunitas desiderabatur, qua apte libris uterentur cum viri docti, tum doctrinarum studiosi. Singulis dierum hebdomadibus bis per binas horas reclusa erat atque omnibus patebat Bibliotheca. Pauci, et, hiemali quidem tempore, vix ulli intrabant. Nec mirum. Nam locus, quippe templum nec satis omni parte ab aëre et ventis munitus, frigore magis rejiciebat, quam thesauris, quos contineret, invitabat literarum amantes. Quo accidit, ut Custodem fere, qui legentibus praestare officia deberet, in illa solitudine taedium fere muneris sui caperet, ipseque inde morbos contraheret rheumaticos ac podagricis identidem doloribus laboraret. Translatis vero in locum, quo nunc utimur, libris, cum ipsi Bibliothecae, tum omnibus, qui inde proficere studerent, prospectum est. Nam primum, late patet aedificium apteque est in octo partes distributum, ut libris,

qui

qui subinde afferuntur, continendis satis sit spatii, ipsique facillime in suas classes redigantur. Tum est in Bibliothecae aditu cubiculum, legendo scribendoque destinatum, Custodis sedes commoda, ubi et focus adest, nec desunt quae ad studia videantur necessaria. Usus autem librorum varius et multiplex est. Nam ut doctis viris, ita studiosis etiam licet, non solum librorum thecas adire, indeque, adjuvantibus famulis, expromere quidquid vel inspicere vel legere velint, sed libros etiam, nomine apud custodem edito, domum asportare. Itaque horis, quibus patet Bibliotheca (patet autem quotidie, ac diebus quidem Mercurii et Saturni per tres horas continuas) dubites, magis ne frequentiam studiosorum, an studium literarumque ardorem admireris. In singulis aedificii partibus adsunt complures, qui vel ad mensam sedentes, vel etiam in ipsis scalis, si non magnae molis liber sit, stantes legant. Vix autem audias, qui secum invicem, ut mos fert juventutis, confabulentur, jocentur, rideant. Inhaerent omnes ingenio animoque toti studiis suis. Pars autem magna in illo versatur loco, ubi diaria et nuncii literarii adsunt. Nam, ne lateret doctrinarum studiosos quidquid in singulorum doctrinis per orbem eruditum ageretur, his adhibendis libris cautum est. Ut autem omnes, bibliothecam ingressuri, Custodem salutarunt, ita egressi redeunt ad eum, librum fere, imo volumina subinde aliquot reportantes illinc, quae vel in ipso cubiculo perlustrent, vel, veniâ a Custode impetratâ, domi deinceps accuratius legant. Qua in re patuit maxime Justi Henrici Kochii, Viri doct. qui per duos et triginta annos custodis munere functus est, tum humanitas summa cum pari diligentia prudentiaque conjuncta, tum etiam, si res ita postularet, auctoritas. Nam omnibus satisfacere honeste petentibus, sic autem satisfacere, ut ne quid detrimenti Bibliotheca caperet, constanter studuit. Quapropter hujus viri curis officiisque et vero vigilantiae communem studiisque salutarem Bibliothecae usum praecipue debemus.

Posteaquam vero recte prospici Bibliothecae coeperat, desideratus in dies magis Catalogus est. Nam qui exstabat, is a. 1727 confectus erat, et quotquot postea accesserant libri, adscripti in auctariis fuerant. Reperire autem in illis, quod quis quaereret, difficile erat negotium. Itaque Janus Ackersdykius, V.Cl. pro summo, quo semper fuit, in doctrinas resque nostras studio et ardore, omnium adscribere librorum titulos aggressus est, illud spectans potissimum, ut, quae uno volumine plurima subinde continebantur opuscula, rara subinde illa et exquisiti argumenti, sed in catalogo neglecta, singulatim notaret: quo plurima in lucem prodierunt, quae adhuc latuerant, historiae ac literarum documenta: idemque patris, Guilielmi Cornelii, viri doctissimi atque in his studiis versatissimi, ad rem recte perficiendam, consiliis monitisque usus est. Hoc scribendi catalogi, qui nunc typis expressus est, initium fuit. Scriptus autem ab Adero, graphiario nostro aliisque in hunc modum est, ut singuli librorum auctores singulis paginis continerentur, ne inserendis scilicet subinde novis nominibus perturbatio ac confusio oriretur. Et sic quidem communi omnium desiderio satisfactum est, ut esset in Bibliotheca catalogus, literarum ordine per cistas distributus, qui ad libros reperiendos sufficeret. Cum vero extra Biblio-

the-

thecam item et in aliis Academiis virorum doctorum interesset, quid eâ contineretur, cognovisse, scriptum hunc catalogum in lucem edere placuit. Uti enim praesentis aevi ratio fert, non occultare, tamquam thesaurum, supellectilem literariam, sed in omnium usum expromere, ita eruditis, ubicunque adsunt, si expetunt libros, facile usurpandos concedimus. Ergo perficiendae hujus rei negotium datum doct. Dodtio est. Ille autem quemadmodum et quantâ diligentiâ, optimos quosque aetatis nostrae bibliographos secutus, negotium peregerit, non meum est declarare: opus viri, cui hanc praemisi praefationem, ipsum testatur. Ego vero eo lubentius huic praefandi officio satisfeci, quo magis mihi persuasi, in omni apparatu Academico nil esse bibliothecâ communique ejus usu, ad studia juvanda discentium doctorumque virorum utilius, imo necessarium magis. Caetera enim doctrinarum subsidia, quamvis suo aestimanda pretio, tamen singulis doctrinis singulatim prosunt: bibliotheca vero, quippe commune omnibus, unde proficiant, bonum continens, universis artibus doctrinisque pariter prodest. Quo majores debemus Curatoribus, viris amplissimis, eorumque graphiariis gratias, qui quicquid quotannis pecuniarum, publice in res Academicas concessarum, restaret, id in commune hoc bonum nostrum adhuc contulerint. Quod ut porro agant, optamus vehementer. — Scrips. Traj. ad Rh. m. Febr. a. MDCCCXXXV.

# INDEX

## BIBLIOTHECAE

## RHENO-TRAJECTINAE

## ALPHABETICUS.

---

A

AANWYZING, der heilsame politike gronden en maximen van de republike van Holland en West-Vriesland. *Leyden en Rotterdam, Hakkens*, 1669. Stat. et oec. Quart. N°. 13.

AARDRIJKSKUNDE. Kort begrip der bijbelsche aardrijkskunde, in vraagen en antwoorden, met kaartjes. *Utrecht, S. de Waal*, 1780. Geogr. et itin. Octav. N°. 245.

ABARBANEL, Rabbi, *Dom. Isaac.* Enarratio ceremoniarum paschalium, ling. rabb. *Venetiis*, 1567. Misc. theol. Fol. N°. 254.

—— Hereditas patrum, sive commentarius Abarbanelis et Maimonidis in codicem Talmudicum, Perke Avoth, ling. rabb. *Venetiis*, 1567. Misc. theol. Fol. N°. 254.

—— Commentarius in prophetas priores et posteriores, ling. rabb. *Lipsiae, Weidmann*, 1686. II. Voll. Bibl. et interpp. Fol. 307. et 308.

—— Praeco salutis, sive, explicatio prophetiarum, quas non esse intelligendas de adventu Messiae, stante templo secundo, demonstrare nititur, ling. rabb. *Amstelodami, Em. Benbenisti*, 1644. Misc. theol. Quart. N°. 254.

—— Caput fidei, in quo explicantur principia religionis judaicae, ling. rabb. *Cremonae*, 1557. Misc. theol. Quart. N°. 253.

—— Sacrificium paschatis, sive descriptio rituum paschalium, ling. rabb. *Cremonae*, 1557. Misc. theol. Quart. N°. 253.

—— Corona senum, sive, explicatio Deut. XXIII. 20. et aliorum textuum sacri codicis, ling. rabb. *Sabionettae, Tob. fil. Eliezeris Poach*, 1557. Misc. theol. Quart. N°. 253.

—— Commentarius in Habacuccum, ling. rabb. et latin. *Trajecti*, 1710. Bibl. et interpp. Octav. N°. 254.
Adjecta sunt parerga sacra Hombergii.

—— De capite fidei, in quo continentur radices et capita vel principia religionis lat. per Guilielmum Vorstium C. F. *Amstelodami, G. et J. Blaev*, 1638. Misc., theol. Quart. N°. 256.

ABARBANEL, Praeco salutis, lat. ab J. H. Majo Fil., adjecta (*haud praemissa*) Abarbanelis vita, autore J. H. Majo, nec non tectus rabbinici emendationes. *Francofurti ad Moenum, J. M. a Sande*, 1711. Misc. theol. Quart. N°. 257.

——— Commentarius in Hoseam, cui et praemissum prooemium in XII prophetas minores, latinitate donatum, una cum notis suis, a Francisco ab Husen. *Lugduni in Batavis, J. de Vivié*, 1687. Bibl. et interpp. Quart. N°. 246.

——— Commentarius in Malachiam, lat. interpretatione donatus et notis illustrandus (!) a Joh. Meiero. *Hammonae, B. Wolphardt*, 1683. Bibl. et interpp. Quart. N°. 247.

ABBREVIATURA. Modus legendi abbreviaturas. *Absque anno, loco et typographo. Charact. goth.* Jus Pos. et interpp, Fol. N°. 264.

Fol. alb. — Pagina tertia in fronte exhibet: *Incipit liber dans modum legendi abbreuiaturas in vtroque jure.* — Ad calcem operis: *explicit libellus docens modum studendi et legendi contenta ac abbreuiata vtriusque juris tam cononici quam civilis in se continens titulos siue rubricas ejusdem juris.*

——— Modus legendi abbreviaturas passim in jure tam civili quam pontificio occurrentes, cui accessere legum flosculi et brocardia juris. *Col. Agr., P. Horst*, 1577. Jus Pos. et interpp. Octav. N°. 286.

ABBT, *Thomas.* Vom Verdienst. *Berlin und Stettin, Fr. Nicolai*, 1765. Phil. theor. Octav. N°. 39.

——— Over de Verdienste. Eene verhandeling. *Utrecht, G. T. v. Paddenburg*, 1777. Phil. theor. Octav. N°. 288.

ABDANK, des newlich in Teutschland angestelten Jubel oder Guldenjars, darin wie desz Babsts und Antichrists, zu Rom Art. ... wider die Art. ... Christi, streiten, abgemahlet ..... *etc.* 1576. *cum tabulis ligno incisis.* Misc. theol. Octav. N°. 121.

Abdias, cf Lazius. — Abdicatio, cf. Henricus III.

ABDOLLATIPHI *Bagdadensis.* Vita, auctore Ibn Abi Osaiba. E codicibus Mss. Bodleianis descripsit, et latine vertit, Joh. Mousley, A. M. *Oxonii, typogr. Clarend.*, 1808. Litt. orient. Quart. N°. 125.

ABEN SINA. (*Avicenna*). Libri V. canonis medicinae, arabice, *Romae, in typographia Medica*, 1593. Medic. Fol. N°. 15.

Fol. 6. — pagg. 610., infra, e regione dextra, signatae — fol. alb. — pagg. 268. — foll. 32., quorum ultimi in fine: *Romae, in typographia Medicae*, MDXCIII. — pagg. 86., ut supra dictum, consignatae.

——— Canonis libri V. cum comment. Gentilis de Fulgineo, Jacobi de Partibus, Ugonis Senensis, Dini Florentini, Matthei de Gradi et Thaddei Florentini. *Venetiis, B. Benalius*, 1503. IV. Vol. *Cum voc. recl. et sign. Binis coll. Charact. goth. Fol. maj.* Medic. Fol. N. 66–69.

Contenta, ordine exempl. servato, Vol. I. libri primi fen 1–3. — Vol. II. libri primi fen 4., liber secundus (*cujus in fine occurrit indictio anni impressionis*), liber quintus, tractatus de viribus cordis, cantica et Gentilis tractatuli nonnulli et consilia. — Vol. III. libri tertii fen 7–19 — Vol. IV. libri tertii fen 20–23. et libri quarti fen 1–7.

——— Canonis libri V. *Absque loco, typographo, anno, custode, pagg. cifris et signatura. Charact. goth. Initt. rubr. Binis coll. Fol. maj.* Medic. Fol. N°. 65.

Fol. alb. — Fol. II. recto, col. a: *Liber canonis primus quem princeps abohali abiusceni* (sic) *de medicina edidit: translatus a magistro gerhardo cremonensi in toleto ab arabico in latinum.* Fol. extr. recto, col. b: *Canonis liber quintus auicene qui est et antidotarium ejus finit.* Continet haec editio Avicennae omnia, quae praecedens, ordine auctoris semper servato.

——— Canon medicinae, ex Gerardi Cremonensis versione, et Andreae Alpagi Belunensis castigatione, a Joanne Costaeo et Joanne Paulo Mongio illustratus. Avicen-

cennae vita ex Sorzano, arabe, ejus discipulo, a Nicolao Massa latine scripta . . . *etc.* per Fabium Paulinum Vtinensem. *Venetiis, apud Juntas*, 1608. II. Voll. Medic. Fol. N°. 93 et 94.

ABENDMAL. Kurzer Bericht, dasz die, so sich Lutherisch nennen, nicht bey der Ordnung und den Worten der Einsatzung des Abendmals verbleiben . . . *etc. Newstadt. a. d. Hardt, M. Harnisch.* 1591. Misc. theol. Quart. N°. 177.

——— Erklerung auf der hamburgischen Prediger Bekenntnis vom Abendmal, im Namen aller Evang. und Reform. Kirchen. *Bremen, B. Petersz*, 1590. Misc. theol. Quart. N°. 177.

——— Gründlicher bericht vom H. Abendmal, gestellt durch der Universitet Heydelberg Theologen. *Heydelberg, J. Mayer*, 1564. Theol. Quart. N°. 261.

——— Drey schöne Lieder oder Gesäng vom heiligen Nachtmal ausz der lehre der H. Schrifft . . . verfertigt. *Newstadt a. d. Hardt, M. Harnisch*, 1591. *Foll.* 12. Theol. Octav. N°. 346.

——— Dialogus vnd gründtliche berichtung gehaltener Disputation, im landen Holsten vnderm Künig von Denmarck vom Hochwirdigen Sacrament oder Nachtmal des Herrn. In gegenwertigkeit Kü. Ma. Sun . . . *Absque anno, loco, typogr. Foll.* 10. Misc. theol. Quart. N°. 104.

——— Bestendige widerholung vnnd grundtliche erklärung der Kirchen . . . . in Würtenberg . . . von der Person vnd beeden Naturen vnsers Herrns . . . Leibs und Bluts im heiligen Nachtmal . . . gestelt von den Würtembergischen Theologen. *Tüwinge, G. Gruppenbach*, 1572. Misc. theol. Quart. N°. 160.

——— Widerholte . . . Confession . . ., wie in den Sechsischen Kirchen . . ., nach der alten Grundfest Lutheri wider die Sacramentirer, gelehret wird: vom Abendmal des Herrn, und der vereinigung der Naturen in Christo, *etc. Jenae*, 1572. Misc. theol. Quart. N°. 160.

——— Antwort der Diener göttliches Worts zu Bremen auf J. Andreae ausgesprengte: vermeinte Widerlegung, der von den Predigern zu Bremen 1581 herausgegebenen Verantwortung, . . . betreffend die Person und beyden Naturen in Christo, . . . und vom Abendmal. *Bremen, D. Glüichstein*, 1583. Misc. theol. Quart. N°. 182.

——— Gründlicher Bericht vom Heiligen Abendmal vnsers Herren Jesu Christi. *Heydelberg, J. Mayer*, 1566. Misc. theol. Octav. N°. 33.

Aberratio, cf. Anglicanae. — Abhandlungen, cf. Academia et societas ibique: Berolini, Pragae, Stockholmiae.

ABICHT, *Jeh. Heinr.* Neues System einer philosophischen Tugendlehre, aus der Natur der Menschheit entwickelt. *Leipzig, J. A. Barth*, 1790. Phil. theor. Octav. N°. 28.

ABOU ABDALLA. Incerti auctoris liber de expugnatione Memphidis et Alexandriae, vulgo adscriptus Abou Abdallae Mohammedi Omari Filio, Wakidaeo, Medinensi. Textum Arabicum ex codice bibliothecae L. B. descripsit, plurimisque vitiis purgatum edidit et annotationem adjecit *H. A. Hamaker. Lugduni Batavorum, S. et J. Luchtmans*, 1825. Litt. orient. Quart. N°. 95.

ABRAMUS, *Nic.* Pharus veteris testamenti, siue, sacrarium quaestionum libri XV., quibus accesserunt ejusdem: de veritate et mendacio libri IV. *Parisiis, M. Henault*, 1648. Misc. theol. Fol. N°. 257.

ABRESCH, *Fred. Lud.* Specimen hieroglyphicorum profeticorum. *Herbornae, J. N. Andreas*, 1720. Misc. theol. Quart. N°. 45.

——— Animadversionum ad Aeschylum libri duo, quibus accedunt adnotationes ad quaedam loca N. T. *Medioburgi, A. L. Callenfells*, 1743. Litt. graec. Octav. N°. 416.

——— Animadversionum ad Aeschylum liber tertius, quibus accedunt dilucidationum Thucydidearum auctarium. *Zwollae, S. Clement*, 1763. Litt. graec. Octav. N°. 417.

ABRESCH, Dilucidationes Thucydideae. *Traj. ad Rhenum, A. v. Paddenburg*, 1753. Litt. graec. Octav. N°. 418.

—— *Petrus.* Paraphrasis et annotationum in epistolam ad Hebraeos spec. I. II. III. autore *P. Abresch. Lugd. Batav., A. et J. Honkoop*, 1786–90. — spec. IV. editore *J. Heringa, E. F. Traj. ad Rhenum, J. de Kruiff*, 1817. Bibl. et interpp. Octav. N°. 77.

—— De hermeneutice sacra optimo doctrinae theologicae praesidio, oratio aditialis. (!) *Groningae, H. Spandaw*, 1754. Misc. theol. Quart. N°. 258.

ABSCHIEDT der Römischen Keyserlichen Majestatt *etc.*, uff dem Reichsztag zu *Augsburg* uffgericht 1551. *Meyntz, durch J. Schöffer*, 1551. Hist. gent. Fol. N°. 490.

—— Auff dem Reichsztag zu *Augsburg* auffgericht 1559. *Meyntz, durch F. Behem*, 1559. Hist. gent. Fol. N°. 490.

—— auff dem Reichsztag zu *Augsburg* auffgericht 1566. *Meyntz, durch F. Behem*, 1566. Hist. gent. Fol. N°. 490.

—— auff dem Reichstag zu *Speyr* auffgericht 1570. *Meintz, durch F. Behem*, 1571. Hist. gent. Fol. N°. 908.

—— auff dem Deputationstag zu *Franckfort* auffgericht 1571. *Meintz, durch F. Behem*, 1571. Hist. gent. Fol. N°. 908.

Vide et Müntzordnung. — Abstemius, cf. Fabula.

ABUDACNUS, *Joseph.* (*Barbatus*) Historia Jacobitarum, seu Coptorum in Aegypto, Libya, Nubia, Aethiopia tota, et Cypri insulae parte habitantium, opera, cum annotationibus *J. Niolai*, vulgavit *S. Havercampus. Lugd. Batav., J. Hasebroek*, 1740. Hist. eccl. Octav. N°. 322.

ABU'L-FEDA, *Ismael.* De vita, et rebus gestis Mohammedis *etc.* Ex codice MS^to^ Pocockiano bibliothecae Bodleianae textum arabicum primus edidit, latine vertit, praefatione, et notis illustravit *J. Garnier. Oxoniae, e theatro Sheldoniano*, 1723. Litt. orient. Fol. N°. 92.

—— Annales Muslemici, arabice et latine, opera et studiis *Jo. J. Reiskii*, sumtibus atque auspiciis *P, F. Suhmii*, nunc primum edidit *J. Ch. Adler. Hafniae, F. W. Thiele*, 1789–91. III. Voll. Litt. orient. Quart. N°. 22–24.

—— Descriptio Aegypti, arab. et lat., ex codice parisiensi edidit, lat. vertit, notas adjecit, *J. D. Michaelis. Göttingae, J. C. Dietrich*, 1776. Litt. orient. Quart. N°. 124.

ABUL-PHARAGIUS, *Gregorius.* (Bar-Hebraeus) — Chronicon Syriacum, e codicibus Bodleianis descriptum ediderunt *P. J. Bruns* et *G. Kirsch. Lipsiae, A. F. Boehmius*, 1789. II. Voll. Litt. orient. Quart. N°. 53 et 54.

Continet magni hujus operis part. prim., syr. et lat. cum notis quibusdam volumini secundo annexis.

—— Historia compendiosa dynastiarum . . . historiam complectens universalem, a mundo condito, usque ad tempora authoris. Arabice edita, et latine versa ab *Edv. Pocockio. Oxoniae, H. Hall*, 1663. Litt. orient. Quart. N°. 47.

Contenta voluminis: epist. dedicat. ad Carol. II. R. Angl. — praefatio ad lectorem pagg. 5. — praefatio pagg. 66. — textus arab. pagg. 565., ordine transverso, — quem excipit titul. novus: *supplementum Historiae Dynastiarum . . . ab Abu'l-Faragii excitu ad nostra usque tempora . . . ab Edv. Pocockio.* Cujus tamen supplementi vicem praestat operis ipsius versio latina pag. 368., prooemio epistolar. ad Gilbertum, E. L. praecedente. Annexus index locupletissimus nom. necnon ann. Hejrae.

ABUZE. Labuze en court. *Absque loco, typographo, anno et foll. cifr. Foll.* 34. *cum sign.* a 3. — *h* 3., *et fig. lign. incisis. Quart. min.* Misc. litt. Quart. N°. 39.

Pag. tert.: *Aristote le tressaige et prudent philosophe* . . . Pag. penult. in fine: *Fin du dyalogue de labuze en court.*

Abynscenus, cf. Aben Sina.

## ACADEMIA ET SOCIETAS.

### AMSTELODAMI.

Verhandelingen van het *hollandsch* (met het tweede deel: *koninklijk nederlandsch*) instituut voor wetenschappen, letterkunde en schoone kunsten. *Amsterdam*, 1812. (*Contin.*) Misc. doctr. Quart. N°. 172.

Eerste klasse, *a.* verhandelingen. *b.* nieuwe verhandelingen. — Tweede klasse, verhandelingen. — Derde klasse, *a.*, verhandd. in de hedendaagsche talen. *b.*, commentationes latinae.

Uitgezogte verhandelingen uit de nieuwste werken v. d. societeiten der wetenschappen in Europa... *Amst.*, *F. Houttuijn*, 1757–1765. X. Voll. Misc. doctr. Octav. N°. 623–632.

Werken der maatschappij tot nut van 't algemeen, (*Contin.*) *Amst.*, 1786. — Misc. doctr. Octav. N°. 1243–1247.

Verhandelingen. — Stukken h. schoolwezen betreffende. — Stukken v. onderscheiden aard. — Redevoeringen en aanspraaken. — Algem. verslagen

### AUGUSTAE-TAURINORUM. (*Turin.*)

Miscellanea philosophico-mathematica soc. privatae *taurin.* *August-Taur.*, 1759–1773. V. Voll. Misc. doctr. Quart. N°. 187.

Mémoires de l'académie royale des sciences, années 1784–1800. *Turin.*, 1786–1801. VI. Voll. Misc. doctr. Quart. N°. 187.

Mémoires de l'académie des sciences, littérature et beaux-arts. *Turin.* XXI. Voll. Misc. doctr. Quart. N°. 187.

Littérature et beaux-arts, années X—XIII. et 1805-1814. Voll. VI. — Sciences phys. et mathématiq., années X—XIII. et 1805-1828. XV. Vol.

### BASILEAE.

Acta helvetica physico-mathematica-botanico-medica, figg. illustr. *Basil.*, 1751–1767. VIII. Tom. — Nova acta. *Ibid.*, 1787. I. Tom. Misc. doctr. Quart. N°. 162–168.

### BATAVIAE.

Verhandelingen van het *bataafsch* genootschap der konsten en wetenschappen. *Batav.*, 1779— (*Contin.*) Misc. doctr. Octav. N°. 1250.

Deel I. praelim., ov. d. bezittingg. d. nederl. O. maatsch. d. *J. C. M. Radermacher* en *W. W. v. Hogendorp;* ov. d. aard d. kinderziekte te B.; ov. bereid. v. catoen uit de Pisang-Boom, d. *J. H. Paringauw;* geslachten d. natuur-rijken, ov. proeven met d. kunstelijken Magneet, d. *J. v. d. Steege;* ov. tijdr. der asiat. volkeren, d. *Rademacher;* ov. eene javaansche hist. genoem., Sadjara radja Djawa, d. *J. v. Iperen;* ov. d. tegenw. landbouw bij Batav., d. *J. Hoogman;* ov. h. verbeteren d. holl. zeekaarten, d. *J. v. Iperen;* beschr. v. *Timor*, d. *W. v. Hogendorp;* ov. eenen witten Neger v. Bali, d. *J. v. Iperen;* ov. d. inënting te Batav. d. *J. v. d. Steege;* ov. d. palmboomen, d. *F. v. Wurmb;* naberigt.

Deel II., praelim., ov. hist-kennis, d. *v. Iperen;* vervolg ov. Timor, *d. Hogendorp;* ov. Timoreese woorden, d. *denz.;* beschr. v. Borneo, d. *Rademacher;* lijst der keizern v. Japan, d. *E. Kaempher;* treurzang, d. *v. Iperen;* toezang, d. *denz.;* vervolg ov. d. landbouw, d. *Hoogman;* ov. d. koleur d. menschen, d. *Rademacher;* ov. e. blanke negerin, d. *v. Iperen;* ov. d. Borneoschen Ourang-Outang, d. *v. Wurmb;* vervolg ov. e. jav. hist. d. *v. Iperen;* proev. v. jav. dialecten; v. d. deensche zending op Coromandel, d. *Hoogman;* ov. doodstr. en pijniging, d. *Rademacher;* ov. d. verb. der zeekaarten, d. *denz.;* ov. d. inënting, d. *v. Hogendorp;* ov. d. Gamber, d. *A. Couperus;* ov. d. Wouwouwen, d. *v. Iperen* en *Schouman;* ov. I. Chron. 22. v. 14., d. *v. Hoogendorp;* bijdr. t. d. nat. hist.; prijsvr. ov. d. oorzaken d. ziektens te Batav., d. *J. A. Duurkoop;* ov. h. houtgebrek d. sui-

## ACADEMIA ET SOCIETAS,

### BATAVIAE.

suikermolens, d. *C. Jacobi;* ov. d. knokkelkoorts, d. *D. Bijlon;* ov. d. buikloop, d. *B. Wolf;* ov. d. aardbeving v. 1780. 22 jan., d. *Rademacher;* doodlijsten v. Batav. 1759-78.; bericht. wegens baram en therm....

Deel III., praelim., beschr. v. Sumatra, d. *Rademacher;* beschr. der vogelnestjes, d. *Hooijman;* ov. d. goudmijnen v. Celebes, d. *C. F. Durr;* vervolg ov. e. jav. hist., d. *v. Iperen;* tot de beschr. v. Japan, d. *Rademacher;* ov. e. doodel. watervrees, d. *v. d. Steege;* ov. d. middelen van spijzing bij miswas; ov. spraak, wetenschh. en kunsten, d. Mallabaaren, d. *J. M. Cellarius;* bijdr. t. d. nat. hist., d. *v. Wurmb;* bijvoegs. 1. d. beschr. v. Java, Borneo, en Celebes; ov. d. landb., vervolg d. *Hooiman.*

Deel IV. praelim., ov. d. uitslag d. inëntingg. in ooster-volkplantingen, d. *L. L. Bicker;* ov. hetr. onderw., d. *P. M. v. Nielen;* beschr. v. Celebes, Floris, Sumbauwa, Lambok en Baly, d. *Rademacher;* ov. h. tegenw. hididostansche rijk, d. *denz.;* ov. h. halfeiland beoosten de Ganges, d. *denz.;* bedenkingen ov. China, ov. Tartarijen en Japan, en d. ontdekkingen der Russen; ov. munten, maaten en gew. in nederl. India; bijdr. t. d. nat. hist. d. *Wurmb.*

Deel V., praelim., ov. d. calappus-boomen, als afleiders v. d. blixem, d. *G. P. le Dulx;* Altingia excelsa malaice et javan. rasamala...; descr. arboris ranghas; de plantt. jav. p. *Norona;* berigt wegens tarwe op. Jaccatra en Cheiribon, d. *Hoogman,* en *A. Tersseire;* ov. eene watervrees, p. *G. P. le Dulx;* ov. e. paradijs-vogel; ov. d. suikermolens omstr. Batavia, d. *A. Teisseire.*

Deel VI., praelim., ov. d. *Tjembing,* of h. doodenfeest d. Chineesen; ov. e. ov. e. reisje n. d. berg Marbaboe; ov. twee togtt. na d. brandberg op Java; ov. d. gelegenheid v. Salatiga; beschr. ov. omme- en boven-landen van Bat., d. *A. Teisseire;* ov. musikaale onderwerpp., d. *J. V. Gratiaen.*

Deel VII., (*ook met de tijtel:* transactions of the Batavian society oft arts and sciences); praelim., discourse by *Th. Stamford Raffles;* correspondence; ov. h. beste voedzel in plaats v. d. moedermelk, d. *C. Terne;* ov. d. opgezetenen v. d. berg Brama, d. *A. v. Rijck;* ov. e. vulkan. zand, d. *Th. Horstfield;* ov. d. rivier v. Solo, d. *denz.;* reis n. h. oosten v. Java, d. *denz.;* ov. h. crinum asiaticum, d. *denz.;* ov. d. Gatipboom, d. *denz.;* ov. d. Rarakboom, d. *denz.;* ov. e. bronwel, d. *denz.;* ov. the remains of an anc. city and temples at Brambana in Java, by *Mackenzie;* on the Oopas or poison-tree of Java, by *Th. Horstfield;* sketch of Borneo, by Dr. *Leyden.*

Deel VIII. (*ook m. engelsch. tijtel*), praelim.; disc. by *Raffles;* aanteekk. nopens d. Javaan, d. *F. v. Boeckholtz;* ov. h. warm-water aan d. voet v. d. *blaauwenberg,* d. *S. C. Kriel* en *J. Scott;* account of the medic. plants of Java; on the mineralogie of Java; on geogr. mineralogie.... by *Th. Horstfield;* an inscript. from the Kawi, or. anc. jav. lang. by *Mr. Crawfurd;* copies of two of the anc. inscriptt.; translaet v. e. jav. geslacht-register; on the eruption from the Tomboro Mountain.

Deel IX., praelim., ov. de hoogte... v. eenige bergen in d. Prëanger regentsch. d. *C. G. C. Reinwardt;* beschr. v. Palembang, d. *J. J. v. Sevenhoven;* ov. eenige gewassen, op eenen togt n. Salok, d. *C. L. Blume;* tot d. kennis d. jav. Eiken; d. *denz.*

Deel X., praelim., ov. h. maleische werk: Hhikâjad Isma Jatiem... d. Ismael, d. *Roorda v. Eysinga;* ov. d. gesteldheid n. h. gebergte Gedé, d. *C. L. Blume;* Salatiga, Merbaboe en d. zeven temples, d. *W. J. Domis;* ov. e. misvormd kind, d. *denz.;* ov. d. Cholera morbus. d. *J. R. Vos;* ov. d. japan. vroedkunde, d. *v. Siebold;* schets v. Benkoelen, d. *G. H. Nahuis;* aanmerkingen ov. d. jav. gesch. genaamd Sadjara Radja Djawa, d. *D. A. Overbeek.*

### BEROLINI.

Miscellanea *berolinensia* ad incrementum scientiarum ex scriptis soc. reg. c. figg. *Berol.*, VII. Tom. (*IV. Voll.*) Misc. doctr. Quart. N°. 189.

Hi-

## ACADEMIA ET SOCIETAS.

### BEROLINI.

Histoire de l'académie royale des sciences et belles-lettres depuis son origine jusqu'à présent av. des pièces orig. *Berl.*, 1750. I. Vol. — Hist. de l'académie depuis son renouvellement, 1745-69. *Ibid.*, 1746-71. XXV. Voll. — Nouveaux mémoires dep... 1770-85. *Ibid.*, 1772-87. XVI. Voll. — Mém. dep. l'avénement de Fréd. Guil. II. au trône, 1786-1803. *Ibid.*, 1792-1805. XII. Voll. — Sammlung d. deutschen Abhandlungen, welche in d. k. Acad. d. Wiss. zu Berlin vorgeles. worden, 1788. 89. 98. 1800-3. *Ibid.*, 1793-1806. — Abhandll. der k. Akad. d. Wiss. aus den JJ. 1804-25. *Ibid.*, 1815-28. VII. Voll. (*Cont.*) Misc. doctr. Quart. N°. 189.

